



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 4. Politia Sardiniaë.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

NUM. 3. *Qualitas Sardinia.*

FERTILITAS Sardinia maxima, sic Pausanias in Phocicis, Polyb. lib. 1. Valerius Max. lib. 7. cap. 6. ubi eam vocat *benignam vrbis nutricem cum Sicilia*: Claudianus de bello Gild. *Diues ager frugum*: Strabo lib. 5. *χάριον ἔχει ἐδάμεια τοῖς πᾶσι, σίτος δὲ ἀξιοφρόνως.*

GRAVITAS aëris. Mela lib. 2. cap. 7. ait *soli quàm celi melioris, atque ut fecunda sic penè pestilens*: quare Strabo vocat eam *ιοσιγῆν morbosam*, sed maximè æstate, sic intelliges cur Tullius in Epist. vocet Sardum quemdam pestilentiorum patriâ suâ: ob hanc causam huc quoque missi Iudæi ut perirent, ait Suetonius: nihilominus eam Polybius excellere facit *πολυανθρωπία, ἢ τοῖς γερήμασι.*

SERPENTIBVS & VENENO CARET: ita Pausanias in Phocicis, venenorum omnium, & stirpium lethalium expertus, si vnam exceperis quæ risum Sardonicum ciet; (de hac agemus in Admirandis) ait tamen postea serpentes hinc hominibus non esse infensos: Hinc Silius lib. 12.

Serpentum tellus caret, & viduata veneno.

Solinus nihilominus hinc Solifugam agnoscit, & hanc ait esse Sardis, quod aliis gentibus serpentes; animal esse exiguum Aranei formâ, sic dictam quod solem fugiat, & in metallicis argenti plurimam esse.

ARGENTI FERAX; sic Solinus cap. 11. & Sidonius in Panegyrico Maioriani, Argenti diues Pomponio Melæ.

SICCIOR Solino est, æstate maximè, quare indigenæ referunt hibernas pluuias. De medicatis aquis huius Insulæ dicemus in Admirandis.

Denique lupis carere notat Pausanias in Phocicis: Mare ad Sardiniam est ad mille vlnarum Straboni: In hoc mari purpuræ insignes, & clarissimæ nascuntur, *Suide.*

NUM. 4. *Politia Sardinia.*

DE variis incolis Sardinia hæc certiora ex Pausaniâ in Phocicis, Diodoro lib. 5. Strabone lib. 5. & aliis colligo.

Primum in Sardiniam appulerunt Afri Duce Sardo, à quo est

no-

men inditum Insulæ: secuti sunt Græci Bœotij Duce Aristæo non vt mercatores, quod ante Sardum fecerant, & hanc Ichnusam appellarant, sed vt victores & coloni. Hispani postmodum venerunt Duce Norace, qui Noram illic condidit. Exinde Thespienses cum Iolao, & Ilienses post Troiam incensam. Græci verò cum in omnes Insulas effunderent Colonias, hinc quoque suas affixere; venere quoque & Locrenses teste Solino, & Carthaginienses, sed paulò ante Cyri tempora, vt ex Orosij & Iustini dictis colligitur: certè Olymp. 97. an. 1. adhuc Græcis parebat; sed post annos tredecim eorum iugum excussere Sardi, quod tamen paulò post recepere vt ex Diod. lib. 14. & 15. intelligitur. Ante primum bellum Punicum non est tentata à Romanis, eoque confecto iis cessit, rebellauit autem 2. bello Punico, sed statim domita est: quamquam Montana incolentes numquam planè aut à Pœnis, aut à Romanis subiugari potuerint.

§. 4. Geographica descriptio Sardinia.

N V M. I. Latus Boreale Sardinia.

VR- { Iuliola: hodie *Castro di Doria*.
 BES { Plubium: ex Ptolemaico situ *S. Reparata*.
 PROMON- { ERBANTIUM: *Capo della Testa*, aliter *di S. Reparata*.
 TORIA { VRSI PRO. *Capo dell' Orso*.
 MINO- { Nymphæa: hodie *Paraguana*.
 RES { Phintonis, seu Fintonis: *Isola di Figo*.
 INSV- { Fossa, Græcis Taphros: *Isola Rossa*: eodem nomine dicebatur Fretum inter Corsicam & Sardiniam.
 LÆ

N V M. 2. Latus Occidentale Sardinia.

V R- { TIBVLA, Tibulæ Antonino: *Castro Aragonese*.
 TVRRIS LIBISSONIS, quam vnam Coloniam Sardinia vocat Plinius; apud Antoninum ad Turrem: hodie *Torre*.
 Tiliium, seu Tillium: *Argentera*.
 Nymphæus Portus: hodie *Porticiuolo oppidi Môte Giraro*.
Parall. Geogr. Tom. II. S S S